

# Quæstiones anno 1889

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS DISCUTIENDÆ IN DICE-  
CESI STI GERMANI DE RIMOUSKI.

## MENSE JANUARIO

Germanus bona sua coactus est creditoribus  
cedere : aliquot autem post dies, ipsi quædam venit  
sat ampla hæreditas, et aliunde grande accipit mu-  
nus.

Quis hæc repetere potest, an Germanus, credito-  
resve ?

Quid exprimit David his verbis : *de profundis*  
(Ps. 129) ? Quid significant eadem verba in officio  
Ecclesie ?

## MENSE MAIO

Probetur : 1o. Neminem sine speciali revelatio-  
ne scire se esse prædestinatum.

2o. Prædestinationem ad gloriam fieri post præ-  
visa merita ex gratia comparata.

3o. Deum neminem absoluto decreto ad interi-  
tum prædestinasse, et reprobationis causam esse  
peccata.

In quo sensu accipienda sunt hæc verba Pauli  
(I Cor. 1. 21) :

*“ Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus  
per sapientiam Deum : placuit Deo per stultitiam præ-  
dicationis salvos facere credentes ”* ?

Quomodo refutantur increduli antiqui et recen-  
tes qui his verbis niti asserunt Paulum sapientiam  
et rationem deridere et stultitiam animi extulisse ?

## MENSE JULIO

Diluantur sequentes objectiones contrarias dog-  
mati purgatorii :